



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

euangelium, presbyteri tamen minimè a lessione exurgerent. Anastasius itaque hoc factum merito detestatus, huiusmodi decreto censandum esse putauit. Hæc ex Augustino & Hieronymo. Baron. anno 402. nûm. 45. Quod autem diaconi Romanae ecclesiæ maiori fastu tumescerent, testimonia sancti Augustini, accidit partim propter magnificentiam urbis Romanæ, que omnium ciuitatum caput esse videretur: partim etiam quod ordinandis presbyteris astarent, causas diuersorum ad sumimum pontificem referrent, acceptaque ab eo responsa potentibus redderent. Ex bonorum vero administratione, non Romæ tantum, sed ubique maiore obsequio diaconi quam sacerdotes frequentabantur; eaque occasione aduersus presbyteros cervicem erigebant. Apud sanctum Gregorium libro secundo epistola 14. 15. & 16. Honoratus archidiaconus Salonianus conquectus est degradari se potius, quam prouehi, cum ab eo in presbyterum ordinari tentaretur, non aliam sane ob causam, quam quod diaconi maiore honore propter bonorum administrationem sibi commissam a populo obseruarentur. Quid vero ad huiusmodi procaciam retundendam contra eos statutum sit, vide Can. 18. Concilii Nicæni, & Arelat. 1. supra.

E P I S T O L A I.
A N A S T A S I I P A P Æ I.
A D O M N E S G E R M A N I A E A C B V R G V N D I A E
E P I S C O P O S.

- I. *Vt sanctum euangelium unius, non sedentes, sed stantes rum recipi debeant.*
uerbi, non sedentes, sed stantes 111. *De Manicheis in urbe Romana repertis.*
- II. *Transmarini quomodo ad cle-*

Anastasius episcopus cunctis Germaniae & Burgundiæ regionis episcopis in Domino salutem.

EXIGIT dilectio vestra, carissimi, ut ex auctoritate sedis apostolicæ vestris deberemus respondere consulis. Et quamvis non prolixæ, sed succinctæ hoc agere, propter quasdam alias occupationes festinaremus, denudo tamen, si necesse fuerit, ob has vel alias necessitates, quasi ad caput, mittere caritatue non dubitetis, quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

I.

Significantis enim quosdam sacerdotes in ecclesia, quando leguntur euangelia, sedere, & Domini Saluato-

De consecre-
dict. 2. apo-
stolica au-
toritate.

V u u iij